



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 36. Edictum a Principibus Norimbergæ conditum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI **ra**, ne vero brevitatis modum excederent,
A.C. 1523. his contenti essent, ea spe freti, ubi hadde-
 nus enumerata fuerint abolita quod & reli-
 qua una corruitura sint. Supplicant vero
 summo Pontifici, ut enarrata grava nina
 tollere & emendare dignetur; quod si au-
 tem non oxyus abr gata fuerint, tum san-
 ditatem Pontificiam latere nolunt. prædicta
 gravamina diutius eos neque perferre velle,
 neque tolerare posse, sed rei ipsius iniuritate
 & necessitate huc eos adigi, pro eorum ca-
 ptu de aliis commodioribus mediis cogitandi,
 quibus tandem ab hisce oneribus exonerari,
 liberari, ac tandem in pristinam libertatem
 afferi, atque vendicari possint.

§. XXXVI.

Edictum a Principibus Norimbergæ conditum.

Sleidan, in Postquam Principes, atque Imperii Or-
com. l. 3 p. 100 dines in comitiis Nationis Germa-
 nicæ onera in unum libellum contra-
 xerant, mox die sexta Martii, præfixo
 Cæsaris utut absentis nomine edictum
 promulgarunt, cui responsum Nuncio
 Apostolico datum, & Pontificis Breve
 ad Comitia, necnon ejusdem monita ei-
 dem Legato tradita unacum centum i-
 stis oneribus adjecerunt. Postea divulgabatur
 brevi hoc edictum non modo
 per universam Germaniam, sed ceteras
 quo-

quoque Provincias, quinimo Romam ^{sæcul. XVI.}
usque pervenerat, non sine summo Præ- ^{A.C. 1523.}
latorum ejusmodi reformationem asper-
nantium dolore; illis enim ingenua ni-
mis confessio displicebat, qua Pontifex
Romanam Curiam, Clerumque primam
mali originem fuisse profitebatur.

§. XXXVII.

Lutheri annotationes in Edictum.

Quamvis congregati Principes Nun-
cio fidem dedissent, curaturos se, ^{Sleid. l. e.}
nec Lutherus & sui Sedatores (usquedum ^{p. 101.} *Luther. conve-*
Synodus celebraretur) aliquid amplius ^{tra fascul.}
scribant, vel typis excudi faciant. Nihi- ^{edict. Cæsar.}
lominus idem hæreticus suam convi- ^{tom. 2.}
ciandi libidinem continere haud potuit,
sed monita Adriani Papæ ad suum
Nuncium per totam Germaniam typis
vulgata perversis admodum annotatio-
nibus corruptit, ac ea verba, quibus Pa-
pa corruptos Cleri mores testabatur,
perperam in rem suam vertit. Nec his
contentus Cæsar is quoque edictum,
quod Catholici ac Lutherani pro suo
quisque studio accipiebant, atque inter-
pretabantur, suis animadversionibus
conspurcavit, necnon Principibus hæc
prescribere ausus est, *legi hoc edictum non*
minori cum reverentia quam animi volunta-
te, illudque etiam Wittembergensi Ecclesiæ
pro-